

In Epistolam

AD THESSALONICENSES

priorem expositio patris nostri sanctæ

memoriæ Ioannis Chrysostomi,

Archiepiscopi Constantino-

politani

*Aulus & Sylvanus & Timotheus
Ecclesiæ Thessalonicensium in deo pa-
tre & domino Iesu Christo, gratia
vobis & pax. Gratias agimus Deo
pro vobis semper, mentionem vestri
in precationibus nostris facientes, in-
desinenter memores vestri, propter
opus fidei, & laborem charitatis, &
tolerantiam spei, quæ est in domino
nostro Iesu coram Deo & patre no-*

*stro. Quânam ratione cum Philippensibus scribēs Timo-
theum secum haberet, non etiâ illic eum sibi coniunxit, ma-
ximè cū illis esset bene notus & præclaræ estimationis, (Nā
probationem eius, inquit, nostis, quod ut filius mecum ve-
luti cum patre seruiert. Et iterum: Neminē habeo pari me-
cum animo præditū, qui germanè res vestras curaturus sit)
cū hīc eum sibi adiungat? Mihi videtur, qd eum illic mox
fuerit ad eos missus, atq; ideo superfluum fuisset si simul scri-
pisset, qui euestigio erat literas ipsas subsequuturus & occu-
paturus. Dicit enī: hūc spero me cōfestim missurū. Hīc ve-
rò nō ita, sed iam primū ab ipsis reuersus erat, atq; ideo me-
ritò statim ad eos scribit. Nuper enim, inquit, cū venisset Ti-
motheus ad nos à vobis. Quare verò Sylvanū illi præponit,*

*Ephesiis
habet cod.*

Ver. cui cō

B sentit

Theo. &

ad Philip.

scribēs sibi

Timotheo.

cōiunxit.

ea tamen

hic citat

quæ ad

Philip.

scribun-

tur. ca. 2.